



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

252. De fundendo semen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De mulierum fornicatione.

CCL. Mulier quocunque molimine aut in Burchard. lib.
seipsa aut cum altera fornicans, tres annos pœ-^{17. c. 27.}
nitezat.

Unde suprà.

Si sanctimonialis cum alia sanctimoniali Burchard. lib.
per aliquod machinamentum fornicatur, sep-^{17. c. 28.}
tem annos pœniteat.

De inlecebroso amplexu.

CCLI. Qui per inlecebroso amplexus Burchard. lib.
feminæ vel per osculum polluitur, triginta^{17. c. 42.}
dies pœniteat. Qui tetigerit inverecundè car-
nem ejusdem feminæ, tres menses pœniteat.
Qui per turpiloquium polluitur, septem dies
pœniteat.

Presbyter si osculatus fuerit feminam per
immundum desiderium, viginti dies pœni-
teat. Si inquinatus fuerit, quadraginta dies
pœniteat. Qui in Ecclesia per somnum pollui-
tur, tres dies pœniteat. Qui in somnis volun-
tate pollutus est, surgat, & cantet septem psal-
mos pœnitentiales, & die triginta. Qui pec-
care voluerit in somnis, & non fuerit pollutus,
triginta quatuor psalmos cantet.

De fundendo semen.

CCLII. Clericus si semen fuderit non Burchard. lib.
tangendo, septem dies pœniteat. Si tangit^{17. c. 43.}
cum manu, viginti dies. Si Diaconus, trigin-
tadie. Si Presbyter, hebdomadas quatuor.
Presbyter si semen fuderit per cogitationem,

V ij

308 REGINONIS LIB. II.
septem dies pœnitentia. Monachus similiter.
Qui voluntariè semen fudit in Ecclesia, si Clericus est, quatuordecim, si monachus aut Diaconus, triginta dies, si Presbyter, quadragesima, si Episcopus, quinquaginta dies pœnitentia.

De quadrupedum fornicatione.

Burchard. lib.
17. c. 32.

CC LIII. Qui cum pecude peccat, annum unum. Quidam judicant annos decem, quidam septem, quidam quatuor, quidam centum dies.

Item.

Si quis Clericus cum quadrupede fornicatus fuerit, annos duos, Subdiaconus tres, Diaconus & monachus quinque, Presbyter septem, Episcopus decem pœnitentia.

De Sodomitis.

Halitgar. lib.
6. c. 25.
Burchard. lib.
17. c. 34.

CC LIV. Qui fornicaverit sicut Sodomitæ, quidam judicaverunt decem annos, quidam septem, alij unum. Pueri centum dies. Alij judicaverunt, si in consuetudine est, laicus annos quinque, Clericus septem, Subdiaconus & monachus octo, Diaconus decem, Presbyter duodecim, Episcopus tredecim pœnitentia.

De eadem re. Ex Concilio Ancyrano.

Concil. An-
cyr. c. 15.
Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 31.

CC LV. De his qui inrationabiliter versati sunt sive versantur, quotquot ante viginti annos ætatis tale crimen commiserunt, quindecim annis exactis in pœnitentia communio-